Quelle:
Copyright:



6. Cod. V.

Innocentii IV. Apparatus in Decretales.

# Cod. V.

1. i. 5.

Membran. Fol. maj. Sec. 14.

Constat foliis 302. multis annotationibus adspersis, quorum multa non nihil lacera et mucida; Characterer elegantes. Continet 5 Libris adparatum Decretalium ab Innocentio IV. concinnatum. Titulus seu Rubrica Libri Imi ob deletos characteres legi haud potest. initium est: "Legitur in Ezechiele. venter tuus comedet, "et viscera tua implebuntur volumine isto". Liber 2dus inscribitur: "de Judiciis." 3tius "de vita et honestate Clericorum." 4tus "de Sponsalibus et matrimoniis". 5tus "De Accusationibus, inquisitionibus, et denunciationibus". In calce: "Explicit Liber Vtus Apparatus Innocentii III. Manus videtur esse Sec. 14ti.

Sinibaldus Fliscus: ab 1241. Sub nom. Innocentij IV. Pontifex renunciatus: Genuensis ex Comitum Lavania familia, Bononia sub Azone jam Sene, Accursio et Jac. Balduino Juri operam dedit, eo successu, ut Pater atque Organum veritatis appellari meruerit. Scripsit Comentarios in libros V Decretalium, Librum apologeticum De jurisdictione imperii et authoritate Pontificia etc. Paulus Langius in Chron. Citizensi adan. 1244. inter egregia Innocentii Scripta distinguit Apparatum Decretalium profunde et eleganter ab ipso dictatum. Typis excusus est Francofurti, 1570. Aug. Vindel. 1577. Venetiis, 1610 Fol. Vid. Mich. a S. Jos. T. 2. p. 373. Vitam Innocentii IV. elucubravit Nicolaus de Curbio, quam vid. Miscellan. Steph. Baluzii Tom. I. p. 194.